650·00K

QUÆSTIONES MORALES

DE SEPTIMO, ET OCTAVO

DECALOGI PRÆCEPTIS

DE QUIBUS DELIBERABITUR IN CONVENTIBUS

QUOS

AUSPICE VIRO EMO

D. PLACIDO ZURLA

TITULI S. CRUCIS IN JERUSALEM

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

ET SSMI DOMINI NOSTRI

PP. GREGORII XVI.

IN URBE VICARIO

ROMÆ AD S. APOLLINARIS HABEBUNT SACERDOTES
EX COETU S. PAULI APOSTOLI DIEBUS QUI SINGULIS
QUÆSTIONIBUS INSCRIPTI SUNT.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

ROMÆ 1833

EX TYPOGRAPHIA R. C. A.
Permissu Præsidum.

Digitized by Google

Digitized by Google

QUÆSTIONES MORALES

DE SEPTIMO, ET OCTAVO

DECALOGI PRÆCEPTIS

Die 18 *Novembris* 1833.

1 Joannes Parochus sanae doctrinae aestimatione gaudens haec habet ad Populum in explicatione septimi Decalogi praecepti=1.°=Doctrina, quae licitam affirmat, et statuit occultam compensationem, *quibuscumque* etiam *coarctactam conditionibus*, omnino nova est, ac ignota veteribus Ecclesiae Patribus, et Doctoribus: 2. Eadem compensatio *saepissime*, imo *fere semper* commutativae adversatur justitiae: 3. Occulta compensatio *semper* justitiae legali adversatur=.

Cathechesim prædictam audit Januarius probus vir, qui consilio Confessarii sui occultam fecerat compensationem, iis conditionibus suffultam, quæ passim a Theologis admittuntur: Stimulis exinde conscientiæ agitatur, et quem putat doctissimum adit Theologum, a quo quærit

I. *Quid sentiendum de prima Parochi assertione?*
II. *Quid de altera?*
III. *Quid de postrema?*

Die 2 Decembris 1833.

1 Circa finem Mensis Aprilis Joseph Mercator Agrarius secrete convenit Petrum amicum suum, qui Exactoris munere fungitur divitis, et conspicuæ Familiæ, eique exponit, se maximam pecuniæ necessitatem habere ad minus 3000 scutatorum, et sub quacumque usura accepturum. Petrus, qui nihil habet de proprio, renuit absque Domini licentia mutuam dare pecuniam. Instante vero Josepho, Petrus proponit, se daturum 3000 scutata statim, sed titulo emptionis frumenti, quod mense Augusto correspondebit Joseph statuto pretio scutatorum quinque pro 64 decimis ponderis. Acceptat Joseph, fit Chirographum, et numeratur pecunia. Petrus timens, ne Dominus interim pecuniam quærat, Josephi Chirographum caute venditioni exponit: post paucos dies emptorem Chirographi invenit, qui solvit pro eadem tritici mensura scutata 3000 statuto pretio scutatorum sex cum dimidio. Lucro contentus Petrus, ex quo certe damnum ipse putat neminem sensisse, rem narrat cuidam Theologo, qui gravi supercilio ipsum tamquam usurarium, et furem redarguit. Igitur Petrus alium adit Theologum, et ab eo quærit

I. *Quid sentiendum de priori contractu cum Josepho?*
II. *Quid de venditione Chirographi?*
III. *Utrum ad aliquid teneatur?*

Digitized by Google

Die 16 *Decembris* 1833.

3 Difficilem proponit materiam explicandam de modicis furtis Paulus Catechista, et maximam difficultatem ex eo precipue repetit, quod nimis benigni hac in re inveniantur Theologi contra manifestam Dei legem. Duas ergo regulas præ cæteris statuit: Prima est = Qui ab uno modicum quid furatur, sed non animo progrediendi, postea tamen repetit eodem animo hæc leviora furta, tunc lætaliter peccat, quando notabilem, et gravem summam collective sumptam surripuit =. Altera est: = Qui licet non conspiret, non consentiat, non conveniat, advertit tamen, a pluribus aliis modica surripi, vel surrepta fuisse, quæ jam in gravem exurgant materiam, peccat læthaliter, si et ipse leve furtum adjungat. =

Has audit propositiones Andreas Parochus, qui secreto monet Paulum de doctrinæ falsitate, et nimio rigore. Ira excandescit Paulus contra Parochum, et Episcopum adit postulans, ut Parochum ipsum a Prædicatione suspendat, quia nimis laxæ adhæret doctrinæ. Episcopus rem maturius considerandam Theologo proponit, et singillatim quærit

I. *Quid de singulis Pauli regulis sentiendum?*
II. *Quid modo in praxi circa duos disputantes agendum?*

Digitized by Google

Die 13 *Januarii* 1834.

4 Jacobus absque ulla usura dat mutuos mille aureos Joanni amico suo. Tractu temporis fit, ut requirenti Jacobo Joannes commodaverit capsam raris, pretiosisque gemmis ornatam. Repentina morte decedit Joannes. Jacobus Creditor aureorum mille certo scit; Joannis Patrimonium vix posse onus sustinere debitorum; quæ et potiora, et anteriora suo sunt. Putat itaque locum adesse occultae compensationi; atque ut tutius procedat, fingit Chirographum receptionis prætiosæ capsæ (quæ ejusdem circiter erat valoris) pro mille aureis datis. Patrimonium Joannis revera defecit; et plures Creditores potiores, et anteriores Jacobo vix quidquam receperunt, quorum nonnulli in gravissimam exinde paupertatem cum suis familiis prolapsi sunt. Post aliquot annos Jacobus conscientiæ stimulis agitatus Confessarium adit, rem totam exponit, et quærit

I. *Quænam revera sint occultæ compensationis regulæ, ut licite fiat?*
II. *Utrum in Casu licita ei fuerit compensatio?*
III. *An ad aliquid ex justitia, aut saltem ex charitate teneatur?*

Die 27 *Januarii* 1834.

5 *Recitatur Oratio de Laudibus D. Pauli Apostoli, quem Cœtus Noster sibi Patronum adlegit.*

Die 17 Februarii 1834.

6 Thomas honestæ conditionis, ut supponitur, vir depositum facit apud Simonem pretiosissimi Annuli. Post aliquod tempus publicis carceribus detinetur accusatus de crimine læsæ Majestatis, institutoque processu ad vitam damnatur ad triremes; omniaque ejus bona Fisco addicuntur, edicto hac de re promulgato. Interim Simon, cui soli innotescit depositum Annuli apud se factum, certo scit, Annulum non esse Thomæ, sed ab ipso vere furatum Mathiæ. Hæsitat primo, cui Annulus iste sit restituendus, an domino Mathiæ, an Fisco, an ipsi Thomæ? Sed cum sciat extare pauperrimos Thomæ Nepotes, secreto pretiosos Annuli lapides dissolvit, vendit, et pauperibus Thomæ Nepotibus pecuniam erogat. Post annum epistolam accipit ab ipso Thoma, Annulum depositum petit, ex cujus venditione à triremibus liberationem sibi fieri posse existimat. Accepta epistola Theologum adit, rem secreto narrat, et anxius quærit

I. *Cuinam in conscientia depositum illud tradendum erat?*

II. *An post pecuniam Nepotibus Thomæ traditam, ad aliquid in conscientia teneatur?*

III. *In Casu quid sibi modo agendum?*

Die 3 *Martii* 1834.

7 Matthaeus in publicis nundinis equam emit soluto pretio Scutorum sexaginta: Post annum habet ex ea equum, et post duos annos utrumque vendit pretio Scutorum Centum. Stephanus emptor dum petit regionem suam, incidit in verum Dominum equae, quae ipsi ablata fuerat; quam a testibus quoque recognitam publici Justitiae Ministri eripiunt, et carceribus Stephanum emptorem uti furem addicunt, equam Domino restituunt, et parvum equum pro acceptis damnis ipsi Domino deputant. Interim non modicum detrimentum Stephanus patitur, ac de omnibus certiorem facit Matthaeum, qui timore correptus, ut se eximat a quacumque publicae Justitiae perquisitione, negat, se talem equam vendidisse; et cum de ea re testes, cum non adfuerint, nequeant adhiberi, Stephanus ad triremes per triennium veluti fur damnatur. Hoc audito stimulis conscientiae actus Matthaeus, et ignorans, quid modo fieri a se debeat, Theologum petit, et quaerit

I. *Ad quid ipse ex justitia tenebatur circa equae emptionem, et venditionem?*
II. *Ad quid pro damnis Stephano illatis?*
III. *Quid tandem modo agendum?*

Die 17. *Martii* 1834.

8 Laurentius homo dives, et integerrimae conscientiae negotiationes omnes animo despicit, et quod ex redditibus superest, adimpletis Christiani viri obligationibus, apud se retinet. Accidit, ut de hac re sermonem instituat cum Vincentio probo Mercatore, qui eum arguit de hac agendi ratione, et proponit, ut honestum aeque ac lucrosum efformet Contractum, quem simplici Chirographo sic designat: = Io sottoscritto dichiaro di aver ricevuto dal Sig. Lorenzo N. Scudi Due mila, quali mi obbligo di restituire compito un Decennio dalla presente data, obbligandomi intanto a pagarne i frutti del sei per cento all' anno, assicurando il Capitale sù tutti i miei beni etc. = Placet Laurentio consilium, et ita revera efformatur Contractus, adhibitis tamen duobus unicis testibus. Post annos sex casu Laurentius hunc unicum a se efformatum Contractum narrat coram Theologo, qui primum subridens, deinde serio ait: = Et hic unicus Contractus usurarius est=. Horret Laurentius, sed instat Theologus: exempla ille, hic Constitutiones Romanorum Pontificum producit. Laurentius itaque, qui conscientiae suae consulere cupit, doctum petit Theologum, cui rem narrans quaerit

I. *In quo praecise consistat Usurae peccatum?*

II. *Quid sentiendum de inito Contractu?*

III. *Quid sibi modo agendum, et an ad aliquid teneatur?*

Die 7 Aprilis 1834

9. Fabianus gravi morbo correptus, testamentum conditurus de satis pingui, et libero suo Patrimonio, Confessarium suum vocat, eique narrat se antequam uxorem duceret, ad magnum furtum cooperationem habuisse, se simul cum duobus Sociis magno Principi surripuisse pecuniam, argenta, et gemmas ad valorem circiter scutorum Sex mille, factaque divisione Duo millia circiter ipsi contigisse; verumtamen post aliquot Menses, eosdem Socios, negotiationis, et venditionis prætextu, præter exiguam pecuniæ summam, omnia omnino ab eo abstulisse, inde exules migrasse, et numquam amplius de iis notitiam habuisse, nec modo habere. Uxorem relinquit, quæ de proprio nihil habet, tres Filias nubiles, duosque Filios adolescentes. His auditis Confessarius consilium daturus, a quo prorsus Fabianus dependet, apud se cogitat

I. *Quænam sit vera, et præcisa obligatio restitutionis in solidum?*

II. *Quid in casu de portione, quæ Fabiani fuit in divisione?*

III. *Quid modo ei consulendum? quid jubendum?*

Die 21 Aprilis 1834.

10 Sebastianus Mercator in generali Confessione se accusat, se per quinque, et amplius Annos consensisse, imo cum aliqua voluptate excepisse, suum Custodem, vulgo *Guardiano*, pecora, et boves sæpe in alieno solo, quod erat cujusdam Domini parum cauti, ad pastum duxisse. Fatetur insuper in hac circumstantia, quodam anno oves proprias veterinario morbo correptas (quod tamen ipse ignorabat) oves quoque propinqui sui ejusdem scilicet, de quo supra, morbo infecisse, et grave inde ei damnum intulisse, quod tamen certe non intulisset, si vel minimum etiam suspicatus fuisset de morbo suarum Ovium. His auditis anxius hæret Confessarius de judicio ferendo circa illata damna, et apud se quærit

I. *Quid sentiendum de damnis illatis permissive, et casu fortuito?*
II. *Quid in casu de damnis illatis a Sebastiano?*
III. *Ad quid ex justitia teneatur?*

Die 5 Maji 1834.

11 Sylvester immani odio concitatus in Gregorium, a quo graves acceperat injurias, Ambrosium vi-

rum fortem, sed pauperem adit, eique promittit se daturum ei biscentum Aureos, modo necet Gregorium. Promissionem acceptat Ambrosius, et paulo post Gregorium revera occidit, sed cum id occulte facere non potuisset, ne incidat in manus publicæ Justitiæ, cogitur fugam arripere, et exulare. Petit per epistolam promissos Aureos, sed epistolæ nihil omnino respondet Sylvester' et putat se eo in casu non teneri ad servanda promissa. Interim tum exul Ambrosius, tum ejus familia plurimis damnis subjicitur, unde pauperrimi evadunt; sicut et Uxor, et Filii Gregorii victum emendicare coguntur. Post annum aliquantisper commotus Sylvester a Theologo quærit

I. *Quandonam, et quibus in casibus cessat obligatio implendi promissa?*
II. *Utrum ipse teneatur ex justitia solvere Ambrosio promissos Aureos biscentum?*
III. *An ad aliquid ultra teneatur tum ex justitia, tum ex charitate sub gravi?*

Die 2 Junii 1834.

12 Augustinus administer in negotiis gerendis Hieronymi prædivistis, et callidi Mercatoris, et Campsarii, sæpe advertit, non omnia inita Negotia licita esse, neque omne Domini sui lucrum honestum. Hæc quidem ipse non consulit, sed ra

tione sui Ministerii exequitur, et perficit, ut is obtineatur finis, quem Hieronymus optat, et urget. His præsertim Negotiis completis (verumtamen quin unquam expresse hanc exprimat causam) a Hieronymo munera accipit, et extraordinarias largitiones. Aliquantisper conscientiæ stimulis agitatur, Theologum proinde petit, et quærit

I. *Quid sentiendum de Ministerio in iis Negotiis illicitis perficiendis?*
II. *Quid de acceptis largitionibus?*
III. *Quid sibi modo agendum?*

Die 16 *Junii* 1834.

13 Nicolaus Mercator tria apud se habet Debitorum Chirographa expleto Anno exigenda, quorum nomina apud Negotiatores plurimi æstimantur. Expertus tamen Nicolaus subtili indagatione Debitorum suorum substantias, et commercia ad trutinam revocat, atque sibi suadet, Debitorem Antonium, cujus Chirographum est Mille Scutatorum, infra Annum jacturam bonorum pati, et forsan decoctum iri. Cogitat ergo statim Chirographum ipsum Commercio exponere, et ita caute se gerit, ut revera illud vendat absque minima jactura. Post expletum negotium, rem secreto communicat Amico, qui societatem quam-

dam actu habet cum Antonio, atque is etiam pari solertia ab hac Societate se expedit, eamque vendit Benedicto, et omnem suam pecuniam retrahit. Ut Nicolaus putabat, ita contigit, et Antonius post sex menses fugam arripit, atque ex pauperrimo ejus Patrimonio vix Creditoribus Decem pro Centum reddi possunt. Sibimet gratulantur de inita agendi ratione Nicolaus, et Amicus, qui Judæus Religione est. Qui damnum passi sunt, cum iis conqueruntur, omnia ipsorum fidei, et conscientiæ committunt. Ridet de his Judæus; at Nicolaus Christianus anxius a Theologo quærit

I. *An ipse peccaverit tunc cum Commercio exposuerit Chirographum Antonii? et tunc cum rem Amico Judæo communicaverit?*

II. *An teneatur in conscientia damna reficere Emptori Chirographi?*

III. *An teneatur quoque reficere damna illata ab Amico Judæo, quem certo scit nihil velle restituere?*

Die 30 *Junii* 1834.

14 Bernardus callidus vir ludo a Principis lege prohibito sæpe magnam pecuniæ Summam lucratur Dominico Filio familias, qui cum de proprio nihil habeat, modo horologium oppignorat, modo annulum, modo fidem de solvendo, veluti

pignus solemne, præbet. Franciscus Dominici Pater ab Amico edocetur de tali eventu. Arguit, et castigat Filium, oppignorata redimit, omne debitum solvit, et graviter cum Bernardo conqueritur, eique protestatur, se in posterum nihil omnino daturum pro iis, quorum jacturam Filius ludo fecisset. At imprudens Dominicus a Bernardo tentatus, iterum ludit, jacturamque facit Scutorum Biscentum, pro quibus (cum pecuniam non haberet) dat, ut antea, scripto fidem. Ignorat id Pater, qui paulopost improviso morbo correptus moritur. Dominicus evadit hæres Patris sui, et illico convenitur a Bernardo, ut fidem liberet, et pecuniam solvat. Negat Dominicus prudentior factus, et cum nequeat pecuniam repetere in foro Bernardus, cum ludus esset prohibitus, renuit omnino hanc solvere, eo vel magis, quod cum fecerit jacturam, Filius familias esset, nihilque de proprio haberet. Tacet Bernardus, licet invitus, et fraude molitur occultam compensationem, quam revera exequitur Biscentum Scutorum. Tractu temporis ægrotat, et id Confessario aperiens quærit

I. *Quid sentiendum de pecuniæ summa, quæ Ludo prohibito vincitur? Potest ne in conscientia a Victore retineri? Debet ne in conscientia a Perditore solvi?*

II. *Quid de ea, quæ vincitur Filiis familias?*

III. *In Casu ob datam a Dominico fidem, habet ne locum occulta compensatio?*

Die 14 Julii 1834.

15 Ludovicus publicus, et satis dives in Urbe Campsor in adventu Magni Principis quærit omnino pro ipso Campsoris munere fungi: at timet ne id officii contingat Hylario alteri Campsori, qui bona fama publice gaudet. Quare Agenti Principis maximi valoris dona exhibet, suumque ei desiderium exponit, et simul in familiari sermone narrat nonnulla in re pecuniaria Hylarii infortunia, quæ vera sunt, sed occulta, et fortasse inducere possent ejus deperitionem, vulgo *Fallimento*. Hæc narrando ita rem ornat, ut potius augeat, quam minuat infelicem Hylarii statum. Quibus auditis Principis Agens, illectus etiam Ludovici donis, Principi scribit, rem œconomicam Hylarii (qui solitus erat Principi in Campsoris munere inservire), deteriorem in dies fieri, adeoque tutius esse Campsoris munus in Ludovicum transferre. Acquiescit Princeps; sed ex tali eventu cæteri Campsores tum Urbis, tum exteri suspicantur in Hylario statum oeconomicum deteriorem actuali vero ejus statu; proinde negotiationes, et commercia cum eo interdicunt, et propriam ab eo pecuniam revocant, atque hinc factum est, ut revera Hylarius infelicissime, et maximo cum detrimento deperitionem passus fuerit. Videt hæc Ludovicus, et

conscientiæ stimulis agitatus rem narrat Theologo, et quærit.

I. *In quo præcise consistat natura mendacii officiosi, et damnosi?*
II. *Utrum licite pro se Negotiationem procuraverit?*
III. *Utrum ad aliquid ex justitia modo teneatur?*

Die 28 *Julii* 1834.

16 Felix Sacerdos in Urbe Confessarius sæpe Religionis, et charitatis causa pergit ad audiendas Confessiones detentorum in Carceribus. Illius vero animus fere semper angitnr, eo quod Pœnitentes aliunde dispositos putat se absolvere non posse, quia legitimo Judici interroganti veritatem non dicunt, neque paratos invenit ad dicendam contra se veritatem. Itaque ne ex una parte tam Deo acceptum Charitatis opus deserat, atque ut ex altera parte animum suum pacatum reddat, Theologum adit, et ab eo stricte quærit

I. *Reus tenetur ne Judici legittimo interroganti juxta interrogationes veritatem contra se manifestare?*
II. *Potest ne Reus veritatem Judici occultare iis verbis*=Nescio, non memini = *et similibus?*
III. *Potest ne falsum omnino dicere, saltem in aliquibus circumstantiis?*

Die 11 *Augusti* 1834.

17 Ignatius Nobilis, ac dives vir, religiosus quidem et honestus, sed parum affabilis, et comes, imo ad suspicionem inclinatus natura sua, Præfectum habet domi suæ Camillum in administratione sagacissimum, summaque præditum integritate, qui proinde plurimum valet apud Dominum suum. Hic partim quia ita est animo affectus, partim ut Ignatii naturæ indulgeat, in colloquiis familiaribus, et congressibus oeconomicis semper pro axiomate statuit: = Domini, et præcipue Administratoris munus esse, omnes familiares habere ut fures, sed eos præsertim, qui redditus exigunt, exscribunt etc. = Arridet hæc sententia Ignatio; et ita pergendo interrogat, quid peculiariter sentiat de duobus Familiaribus, de Ministro scilicet rei agrariæ, et de Triclinii Custode. Respondet statim Camillus: = Ut libere dicam quod sentio, mihi sunt ambo fures; expensæ enim amborum domesticæ non correspondent lucro; at per hoc non intelligo, quod præjudicium habeant de bona fama, deque eorum subsistentia. = His auditis, paucos post dies imperat Ignatius, ut ii domo pellantur. Exequitur jussum Camillus, et ridenti facie subjungit: = Et ergo similiter fecissem = Ex hac re grave damnum experti sunt et in fama, et in re ambo expulsi, et maxime conqueruntur de Camillo, veluti de principali causa eorum infortunii. Hinc Camillus commotus dubitat de præteritæ suæ actionis ho-

nestate, et Confessario omnia exponit, qui animo recogitat

I. *Quale sit judicium temerarium; et quomodo differat a simplici suspicione?*
II. *Quid in casu de colloquiis, et consiliis Camilli?*
III. *Utrum ad aliquid Camillus teneatur?*

Die 1 *Septembris* 1834.

18 Capitulum Cathedrale habet jus nominandi ad Paræciam. Tres sunt numero Candidati, quorum alter, scilicet Pius habet erga se fere omnium oculos conversos ob speciem pietatis, et doctrinæ magis fictam, quam veram; nec de ejus electione dubitatur. Marcellus unus ex Canonicis Electoribus studet, ut electio cadat in Stanislaum alterum ex Candidatis, qui revera bonis moribus est præditus, sed vix capax ad sustinendum Parochi onus ob mentis hebetudinem. Quare libellum spargit versibus ornatum contra Pium, et vera falsis miscendo, ipsum reum traducit de nefandis criminibus. Factum hinc est, ut opera præsertim Marcelli Parochus fuerit Stanislaus nominatus, qui ejusdem Marcelli consilio ita in Pium invehit, ut etiam falsis testibus adhibitis,

(quos tamen falsos non existimabat Stanislaus); ipse Pius decreto Episcopi exilio damnatus sit a Dioecesi; pro quo decreto revocando gravia damna, et ingentes expensas infelix Pius sustinuit. Omnia quidem gesta sunt nomine Stanislai, ipsoque agente, sed consilio, et opera Marcelli. Post decreti revocationem, quæm ere gratiosa fuit, Stanislaus dubitat de licitudine præteritarum actionum, et a Confessario quærit

I. *Quid sentiendum de propria Electione in Parochum?*
II. *Quid de persecutione facta contra Pium?*
III. *Ad quid modo teneatur?*

Die 15 *Septembris* 1834.

19 Paschalis Sacerdos injuste læditur in honore a Marco viro potenti, cujus opera sæpe sæpius vexatur quoque in Tribunalibus Ecclesiasticis, ut scilicet in exilium pellatur, vel tædio victus sponte Urbem relinquat. Notum est Paschali gravissimum Marci crimen, sed omnino occultum: Quare ad redimendam injustam vexationem ipsum accusat de gravisimo crimine, quæ quidem accusatio cum circumstantiis a Paschali exhibitis ef-

ficit, ut Fisci diligentia crimen Marci revera probetur, et capite damnetur. Post Marci damnationem, antequam ejus mors sequatur, aliquibus conscientiæ stimulis agitatus Paschalis Theologum adit, et quærit

I. *Quid sentiendum in genere de famæ compensatione, et quomodo ea facienda?*
II. *Utrum peccaverit in Marci accusatione?*
III. *Quid sibi modo agendum?*

C.50007

Digitized by Google

NIHIL OBSTAT

Pius Bighi Censor Theol.

IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Antonius Piatti Archiep. Trapezuntinus Vicesg.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

650·008

10

QUESITI GENERALI

PER LA

COMMESSIONE ACCADEMICA

DELLE

CONOSCENZE UTILI ALLE ARTI INDUSTRIALI ED AGRICOLE,

ONDE ESAMINARE GLI ALLIEVI

DEGL' ISTITUTI E DELLE SCUOLE PRIVATE;

REDATTI PER INCARICO

di Mons. Reverendissimo il Presidente della pubblica istruzione

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

da

Francesco D'Agostino

Tenente Colonnello di Artiglieria,
Membro della Commessione,

Intesi i Componenti della stessa.

NAPOLI

Stabilimento Tipografico del Gasso

Strada Mezzocannone num. 75, primo piano nobile.

Digitized by Google

Digitized by Google

A Monsignore Rev.mo

D. GIUSEPPE MAZZETTI

ARCIVESCOVO DI SELEUCIA, PRESIDENTE DELLA PUBBLICA ISTRUZIONE

Monsignore Reverendissimo,

La Scienza e l'Industria, diceva l'illustre Bernardo Palissy, sono materie sì bene congiunte, che l'una somministra l'intelligenza dell'altra, si servono scambievolmente di legame e di appoggio, e formano quell'insieme che chiamasi Tecnologia, Scienza vasta ed immensa come la Natura.

Ed è ciò assai vero in riguardo alla Meccanica, alla Fisica, Chimica e Mineralogia, ne'loro rapporti con le Arti industriali. In fatti niuno mette in dubbio quanto le Arti abbiano contribuito all'avanzamento delle Scienze. Quanti istrumenti ed apparecchi non somministrarono alla Chimica, alla Fisica, all'Astronomia, quanta precisione non assicurarono alla Geodesia le macchine per dividere il cerchio, e fendere le ruote dentate?

Vediamo dall'altro lato che la Meccanica nelle sue applicazioni ha dato sommo aiuto per muovere gl'immensi pesi ne'lavori d'arte, ha dato tutte le mac-

chine per usare l' acqua come motore, e che formano la classe delle Macchine Idrauliche. Che questa stessa Scienza si è applicata benanche a vantaggio dell' Agricoltura, e lo mostrano i tanti ordigni fatti per travagliare la terra, e per dare ai suoi prodotti l' apparecchio conveniente agli usi cui si destinano. In fine sono dovute alla Meccanica le tante macchine esistenti per le svariate lavorazioni; esse sono sì importanti e sì numerose che lungo tornerebbe indicarle tutte. Le Macchine di Metallurgia, quelle per le Cartiere, per le Filande; ed infine la Macchina a Vapore, e le Locomotive, che sono la più bella creazione del Genio e del Sapere dell' Uomo, non sono che applicazioni della Meccanica.

La Fisica anch' essa, studiata col Calcolo e coll' Esperienza, fece mutare di faccia all' Industria. Quanti vantaggi non ha arrecato l' invenzione del Termometro, del Barometro, del Pirometro? La conoscenza dell' espansione dei Fluidi, la compressibilità dei Corpi, la loro dilatabilità e contrazione al Calore, quante utili applicazioni non han prodotto? La Pila diviene potente e nuovo istrumento a surrogare le forze animali e fisiche già conosciute; donde la Galvano-plastica, la doratura col mezzo Elettrochimico, e finalmente il motore Elettro-magnetico.

Vien la Scienza universale, come appellasi la Chimica, riunita alla Mineralogia: or quale influenza non hanno esse esercitato sulle produzioni industriali? La Chimica ha modificato, migliorato, e quasi del tutto rinnovato i travagli d'arte e manifattura. Moltissime materie ha imparato ad utilizzare,

una massa di prodotti nuovi ha dato al Commercio; tante industrie ha create. La Tintura deve alla Chimica i mezzi più perfetti ed i più economici di usarla; i nuovi metodi per imbiancare la Carta, le tele, ec.; la scoverta delle nuove materie coloranti; l'applicazione de' colori minerali, sono tutte dovute alla Chimica. È del pari opera della Chimica il trattamento più pronto e più economico dei Minerali metallici, l'uso delle sostanze per i Cristalli e per le Stoviglie, l'Illuminazione a Gas Idrogeno, ec: onde infiniti sono i vantaggi apportati da questa Scienza alle Arti, che anzi oggi non vi è travaglio a cui la Chimica non sia congiunta; essa rischiara e dirige tutte le operazioni industriali. E sotto il nome di Tecnologia oggi riuniscesi tuttociò che abbraccia questi studî nella loro parte applicata, ne' loro rapporti alle Arti; ciocchè forma una infinita serie di conoscenze utili e positive.

E questa Scienza, varia nel suo corso, ricca ne' suoi mezzi, feconda nei suoi risultati, certa nell' arrecare benefizî alla società, non potea sicuramente sfuggire alla sua mente, non poteva Ella non vedere quanto l'introduzione di questo studio nel pubblico insegnamento fosse di prima utilità; Ella che chiamata a presiedere la pubblica Istruzione, mostra continuamente zelo ed indefesse cure per propagarla e diffonderla in tutte le Classi, facendo pur tesoro di quella morale ch'è veramente propria di un illuminato Ecclesiastico. In tal modo, e con sapienza ha pensato di portare a pubblica emulazione Istitutori ed Allievi, stabilendo quei pubblici esami, facen-

do ottenere il pubblico plauso agl' intelligenti, non permettendo più che il merito e la fatica restino come l' ignoranza e la pigrizia oscurate dal silenzio, e dall'obblio.

E se con la istituzione di tante Commessioni Accademiche per l esame degli Allievi degl' Istituti ha mirato, come dicevamo, all' avanzamento dello scibile in generale; organizzando una Classe Tecnologica, ha voluto dare una utilità pratica e positiva alle scienze fisiche e meccaniche, ed ha ben pensato che per queste scienze lo Scibile non deve raggirarsi solo nella sfera del vago e dell' ideale, non deve risiedere come semplice erudizione nella mente dell'uomo, ma scendere bensì alla sua mano, per farlo operare con intelligenza a vantaggio e profitto della Società; e siccome questo bene gli viene dalle arti, perchè tutti viviamo delle Arti, tutti esser dobbiamo interessati alla loro prosperità, e contribuir dobbiamo al loro incremento.

Sia dunque tributato onore a questo suo pensiero; laude alle sue cure. Riconoscente le sarà il Pubblico al beneficio di aver Ella introdotto fra noi lo studio delle conoscenze utili, della Tecnologia.

Io sono col più profondo rispetto

Napoli addì 8 Gennajo 1848.

Di V. S. Rev.ma

Obbedientissimo Servitore
Francesco D' Agostino

PARTE MECCANICA.

Art. I.

Principi generali su i Corpi.

1 Distinzione de' Corpi ne' diversi stati in cui esistono in Natura.
2 Massa di un corpo, peso, volume.
3 Compressibilità, Elasticità, Dilatabilità de'corpi.
4 Del Pendolo.
5 Del peso specifico de' Corpi solidi, e liquidi, e rapporto tra loro.
6 Uso delle Tavole per la valutazione in peso di un dato volume per qualsivoglia sostanza.

Art. II.

Principi sul movimento, sulle forze e gli effetti delle forze.

7 Dello Spazio, del Tempo, della Velocità.
8 Riposo, movimento, inerzia.
9 Movimento uniforme, e movimento variato.
10 Definizione de' diversi movimenti, cioè, rettilineo, circolare, curvilineo, continuo, alternativo.
11 Delle forze, della loro misura, della loro risultante, della loro componente.

Digitized by Google

12 Del travaglio meccanico delle forze, e sua misura; unità di travaglio—Cavallo Vapore.
13 Travaglio massimo di diversi motori animali e fisici, assegnato dall'esperienza.
14 Quantità di travaglio che può somministrare l'uomo, il cavallo in un secondo, ed in diverse circostanze.
15 Paragone col Cavallo Vapore.
16 Leggi del movimento verticale dei Corpi pesanti.
17 Forza viva, forze centrali, centro di gravità.
18 Paragone della forza viva de' corpi in generale col travaglio meccanico.

Art. III.

Organi Meccanici.

19 Leva. 20 Girella. 21 Bozzello. 22 Verricello. 23 Cric. 24 Piano inclinato. 25 Vite. 26 Cuneo.	Principî ed Applicazioni

Art. IV.

Macchine più usate.

27 Tromba aspirante, tromba premente.
28 Effetto utile delle trombe, motore necessario per certe date altezze e dato volume di acqua.

29 Sifone—Vite di Archimede—Noria.
